



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Adiuncta, Antecedentia, Consequentia. Capvt L.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

Adiuncta, Antecedentia, Consequentia.

CAPVT L.

VT diuersis coloribus illitæ fulgent ta-  
bella delicias, atque excitatius sunt gra-  
ta. Ita vacijs vndique adiunctis persperæ  
quorquor cæli ambitu res continentur, sua-  
uiorem quandam habent speciem dignitatis.  
Illa igitur vocantur adiuncta, quod sint cum  
re coniuncta, quæ tantam probationum ma-  
teriam suggerunt, vt hic vnus locus, ratio-  
num, & argumentorum, seminarium meri-  
tò appellari possit. Habet autem apud Rhe-  
tores (vt notat Marcus Tullius in Topicis)  
locum præcipuum. Nam & ij adiunctis  
vntur sapius, & vt delectantur impensius.  
Omnia orationum genera siue illa Demon-  
stratiua sint, siue Deliberatiua, siue etiam  
ad forum, controuerfiasque pertineant, hoc  
vno maxime nituntur loco, ita tantum habet  
vbique fecunditatis. Licet autem innumera  
sint, quæ vocantur coniuncta, possunt  
tamen ad septem genera referri, quæ vul-  
gari versiculo continentur.

Adiuncta  
latissimè  
patent apud  
Oratores.

Quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo,  
quando.

Quis, personam significat, in qua spectan-  
tur adiuncta animi, corporis, & fortunæ (vt  
vulgus appellat) in animo expenduntur affe-  
ctiones, vt amor, & iracundia; vitia, vt ambi-  
tio, auaritia, luxuries; artes denique, & disci-  
pline, vt Grammatica, Rhetorica, Philosophia,  
quæ omnia latissimè diffunduntur. In cor-  
pore, figura, species, color, deformitas, pulch-  
ritudo, valetudo, debilitas, tarditas, agilitas.  
&c. In externis, nomen, genus, conditio, vi-  
ctus, vestitus, consilia, facta, casus, orationes,  
&c. propè infinita.

Salustij  
Caril.

Ab adiunctis animi, fortunæ, & corporis  
sumptum est illud Salustij, Lucius Carilina  
nobili genere natus fuit, magna vi, & corpò-  
ris, & animi, sed ingenio malo, prauoque:  
huic ab adolescentia, bella intestina, egdes, ra-  
pine; discordia ciuilis grata fuisse, ibiq; iuuen-  
tutem exercuit, corpus patiens inedia, algo-  
ris, vigiliæ, supra quam quiequam credibile  
est, animus audax, subdolis, vanus, cuiusvis  
rei simulator, ac dissimulator, alieni appetens,  
sui profusus, ardens in cupiditatibus, facis lo-

quentia, sapientiæ parum, vastus animus, im-  
moderata, incredibilia, nimis alta semper cu-  
piebat. A corpore ductum est illud Martialis.  
Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine luf-  
cus.

Martialis  
4.132.

Rem magnam præstas Zoile si bonus es.

Item Ciceronis, Nonne ipsum caput, & su-  
percilia illa penitus abrafa olere malitiam, &  
clamitare crudelitatem videntur. Nonne ab i-  
mis vnguibus vsque ad verticem summum, si  
quam coniecturam affert hominis tacita cor-  
poris figura, ex fraude, mendacijs, & fallacijs  
constare videntur, qui idcirco capite, & super-  
cilijs semper est rasis, ne pilum vllum boni  
viri habere videatur. Sic Medici, & Physiog-  
nomici sana esse corpora conijciunt ab ad-  
iunctis, quando appetitum habent tibi addi-  
ctis horis, benè comedunt, & æquè digerunt,  
suos somnos dormiunt, citò sudant, rarò ster-  
nutant, leniter incedunt, mediocriter pingue-  
cunt, & omnibus sensibus vagant, hæc adiun-  
cta sunt sani corporis.

Cicero.

Accedunt externa, vt vestes, apparatus, co-  
mitatus, &c. Sic D. Gregor. Nazianz. in de-  
scriptione muliebris choragij, varia ornamen-  
torum adiuncta prosequitur. Ζαυθὰς πολλὰ-  
μίδαι, βοσρῦχων ἑλικας, & Ἐφίματα σκν-  
νοποροῦσαν τὴν ἑμίαν κεφαλήν ἀλιότατα,  
& ἑδῶντες περιπέθεσις, & διαφανὲς πολυ-  
τέλετα, &c. de quibus alio loco.

D. Gregor.  
Nazianz.

Quid, negotium ipsum, quod geritur indi-  
cat, itaque potius est adiunctorum sedes, & vide Clu-  
fundamentum.

Vide Clu-  
fundamentum.

Vbi, loci differentias complectitur, sacri,  
profani, maritimi, remoti à mari, plani, mon-  
tuosi, leuis, asperi, salubris, pestilentis, opaci,  
aprici, culti, inculti, celebris, deserti, ædificari,  
vastis, obscuri, rerum gestarum vestigijs nobi-  
litati, à quibus singulis possunt desumi argu-  
menta; Sic Marcus Tullius Antonij, qui pro  
conione vomuerat fæditatem à loco ex-  
aggerat. Si inter cenam in tuis illis imma-  
nibus poculis, hic tibi accidisset, quis non  
turpe duceret; In coetu verò P.R. negoti-  
um publicum gerens magister equitum, cui  
ructare turpe esset, is vomens frustis esen-  
lentis vinum redolentibus gremium suum,  
& totum tribunal impleuit.

Cicero  
Philipp.

Auxilia non modò ministros, sed variis  
quoque instrumenta ad rem gerendam neces-  
saria complectuntur, vt in venatione sunt.

Retia



Verg. 4.  
Aeneid.  
Orphea. l. 4.  
v. 12.

*Retia rana, plaga, latio venabula ferro.*  
qua Opelianus fuitus.  
Δικτυα τε σχαλιδας τε βροχων τε πολυ-  
σωνα δεσμοα  
Αρχυαα, ευσφραδαα τε λογοαα ταυααον τε  
παναααρον  
Cassique, furculaesque, funiumq; stridentia  
vincula,  
Retia crassa, beneq; plexa v' imina, longum-  
que Pantherem.

Arnob. l. 5.  
ana. gente.

Cur. Caussam amplectitur, siue vnam, siue plu-  
es, maxime tamen effectrices, adiuuan-  
tes, vel finem, qui ad agendum impuleit, de  
quibus superiori loco dictum est.  
Quomodo. Res gesta varios modos enu-  
cleat, si sacrificium, si triumphus, si pompa, si  
caedes narratur, statim modus, & ratio rei  
gesta ponitur ob oculos. Sic Arnobius con-  
tra gentes, ritum Ethnicorum in colenda Cy-  
bele percontat, & interpretatur. Quid enim  
sibi vult illa pinus, quam semper stans die-  
bus in Deum matris intermittitis sanctuario?  
Nonne illius similitudo est arboris, sub qua  
furens manus, & infelix adolescentulus in-  
tulit, & genitrix diuum in solatium sui vul-  
neris consecrauit. Quid lanarum vellera,  
quibus arboris colligatis, & circumuolutis  
stipitem? Nonne illarum repetitio lanarum  
est, quibus iam deficientem contexit, & te-  
poris aliquid rata est se posse membris con-  
ciliare frigentibus? Quid compti violaceis  
coronis, & redimiti arboris ramuli? Nonne  
illud indicant, uti mater primigenijs flori-  
bus adornauerit pinum miserabilis indicem,  
testimoniumque fortune. Quod pectoribus  
applaudentes palmas passis cu crinibus Gal-  
li? Nonne illos referunt in memoriam luctus,  
quibus mater Turrita cum AEdessi lachry-  
mabili puerum prosequuta est ciularu? Quid  
temperatus ab alimonio panis, cui rei dedi-  
tus nomen *Casius*: Nonne illius temporis i-  
mitatio est, quo se nomen ab Cereris fruge  
violenta meroris abstulit. Sic ab adiunctis  
modi, & variorum instrumentorum, carpen-  
di illius facti impij vero, & ridiculi materia  
quaesuit. Eodem modo Heliodor. Aethiop.  
hist. lib. 3. Pompam describit ab adiunctis.  
Ηγατω ηυ εκατομεη τ τελεμενων ανδραμ  
αρχικότερον βιον τε η πολην ερεσκομενων.  
το μεν ζωσμα εκασω χιταων λευκων εις αγ-  
γυλλων ανεσεμε, χειρ η δεξια ουν αμω καμ

Heliod.  
Aeth. 3.

μαζω παραγομενη μενη πελεκω διαστρον ε-  
πε. ραδανερ.

Primum quidem procedebant centumviri  
iniati, non minus vita, quam veste rustici,  
& singuli tunicas habebant candidas, quas  
tortilis nodus substrictas colligebat. Manus  
dextera simul cum manilla, & humero nu-  
data, ancipitem securim vibrabat, &c. de qui-  
bus in descriptionibus.

Cicer. in  
partit.

Quando, designat tempus. In temporibus  
praesentia, & praeterita, & futura cernuntur.  
In his ipsis vetusta, recentia, instantia, paulo  
post, aut aliquando futura. Insunt etiam in  
temporibus illa, quae temporis quasi naturam  
notant, ut hyems, ver, aestas, autumnus; aut  
anni tempora, ut mensis, ut dies, ut nox, ho-  
ra, tempestas, quae sunt naturalia. Fortuita  
autem, sacrificia, festi dies, nuptiae. Inter haec  
adiuncta, alia alijs praestantiora, & rei pro-  
piora sunt, longe enim magis proprium est  
homini loqui, equo hincire, quam illi pilcum,  
huic ferre Ephippium. Ex quibus facile col-  
liges licet adiuncta eius sint natura, ut rem  
necessario non conuincant, ubi tamen magis  
singularia sunt, aut multa simul conglobata,  
non parum obtinent reboris: ut in eade pro-  
banda teium, cruor, clamor, titubatio, per-  
mutatio coloris, oratio inconstans, tre-  
mor, &c. Consultantis erit ea, quae ex adiun-  
ctis ad probandum erunt petita, ut obscura,  
incerta, omni mutationi obnoxia resellere;  
eadem rebus ab eo, quod intenditur alienis-  
simis, tribuere, ut pallorem, timorem, & tre-  
pidationem, etiam innocentissimis ad crimi-  
nis facti nouitatem obtupescantibus.

Adiuncto-  
rum ab an-  
tecedent. &  
consequent.  
discrimen.

M. Antonius 2. de oratore, adiuncta cum  
antecedentibus, & consequentibus coniun-  
git. At vero M. Tullius in partitione recte  
distinguit, quoniam adiuncta ex sua natura  
non concludunt necessario, quod sint rerum  
signa, & *επιστασια*. Antecedentia vero, &  
consequentia necessitatem habent conclusio-  
nis, si modo talia sint, qualia esse oportet. De  
his haec habet Cicero in Topicis. Locus  
Dialecticorum est proprius ab antecedenti-  
bus, & consequentibus, & repugnantibus,  
nam adiuncta, de quibus ante diximus, non  
semper eueniunt. Consequentia vero ea di-  
co, quae rem necessario consequuntur. An-  
tecedentia, quae rem necessario antecedunt:  
ut si homo est, animal est, si Sol ortus est, dies  
est. Talia sunt illa Lactantij. Quod dissolu-  
tur interit, quod interit ortum sit necesse est, 9. exempl.

Lact. l. 7. c.



*Anteced. lo-  
cus an ab  
alijs sciun-  
gatur.*

quod ortum est, habuit fontem vnde o-  
ratur, id est factorem aliquem, sentientem,  
prouidum, petitumque faciendi. Item,  
Quod semper fuit, semper esse non desinit,  
& vnde absuit principium, abesse hinc etiam  
finem necesse est. Materia si facta non est, nec  
fieri ex ea quicquam potest, si fieri ex ea non  
potest, nec materia quidem erit. Materia e-  
nim est, ex qua aliquid fit. Dices hunc locum  
minimè videri ab alijs sciungendum, cum  
præsertim instar spiritus, & sanguinis perme-  
et vniuersos. Ita res quidem se habet, si res ip-  
sæ spectentur, at verò si necessitas consecutio-  
nis, quæ sola considerari debet, in iudicium,  
disceptationemque veniat, peculiarem ordinem  
constituit. Minus quidem apparet in ijs ex-  
plicitis, quæ causæ sunt, & effecta, vt si Sol lu-  
cet, dies est, postea & illud quoque exemplum  
ad locum causarum referri. At si dicam vir  
est, igitur & puer fuit aliquando, facilius hæc  
inferendum ex altero perspicitur neces-  
sitas. Locus hic, vt patet ad subtiliter aliquid  
colligendum magis, quam ad alendam ora-  
tionis fecunditatem facit. At verò adiuncta  
locos amplificationum eximios suggerunt,  
quod licet passim intueri: vel hic vnus spec-  
tetur magni Senecæ locus, quo auaritiam  
describit ex adiunctis.

*Senec. l. 7.  
de benef.  
c. 10.*

Quid agis auaritia? quot rerum charitate  
aurum tuum victum est: Omnia ista, quæ re-  
tuli in maiore honore, pretioque sunt. Nec  
volo tuas opes recognoscere, laminas vtrius-  
que materiae, ad quas cupiditas nostra cali-  
gat. Deinde. Video istic diplomata, & Syngra-  
phas, & cautiones, vacua habendi simulachra,  
vmbra quasdam auaritie laborantis, per quas  
decipiant animum, inaniam opinione gau-  
dentem. Quid enim ista sunt? quid fœnus, &  
Kalendarium, nisi humanae cupiditatis extra  
naturam quæsitæ nomina: Quid sint istæ tabu-  
læ, quid computationes, & venale tempus, &  
sanguinolentæ centesimæ?

Quid aliud habent, quam adiuncta tot de-  
scriptiones corporum, vt camporum, fontium,  
fluuiorum, arborum, metallorum, & cætera.

*Hist. Plin.  
l. 16. c. 6.*

Malus punica sic describitur ex adiunctis.  
Punica malus arbor est, haud ad eò proceera.  
folio angusto, nitidique viridis, oleæ, aut myrti  
æmulo, crassiusculo, rubris intercurrentibus  
venulis, è rubro pediculo pedulo. Rami mul-  
ti flexiles, spinosi: flores puniceo, oblongi, cala-  
rhi modo patuli, ore stellatim dissecto, è quo  
folia emergunt tenuia, colore coccineo agre-

ris papaueris æmula, cum granulis quibusdam  
medijs capillamentis appensis, vt in rosa.  
Fructus, pomum est corio, & membrana tectum  
extra rufescente, intra flauescente, innumeris  
granis factum, angulosis, rubentibus, vinofo  
succo refertis ossiculis in eis larentibus, quæ  
grana intercurrentibus flauis, tenuibusque mem-  
branis miro naturæ artificio distinguuntur.

### Contraria repugnantia.

#### CAPVT LI.

**A** Amphitheatrum quoddam est hic locus, *Vide Amph.*  
in quo pugnantium, & collidentium inter *in categ. c. 3. Cic. in*  
se argumentorum robora gratius perspicun- *top. sed. 47.*  
tur, & melius. Si quidem contraria contrarijs *Dignitas*  
opposita magis elucescunt. Quamant maiesta- *bonis loci*  
tem habet hæc argumenti ratio, patefaciam *ostendunt*  
hoc exemplo. Si dicam Christianos pudicos *illius est*  
esse, continentem, moderatos, patientes, iustos, *pl.*  
simplices, parum habet ornatus oratio. At si *pl.*  
contentionem instigam, & Ethnicorum (vel  
apud suos optimorum) vitijs oppositis Chri-  
stianas virtutes ostendam, longè clarius, &  
suauius emicabunt.

Hoc præstat argumento à contrarijs Ter- *Tertullian.*  
tullianus. Cæterum, si de pudicitia prouo- *apolo. 4. 47.*  
cemur, lego partem sententiæ Atticæ in Socra-  
tem corruptorem adolescentium pronun-  
tiantem, Christianus vxori suæ soli masculus  
nascitur, Democritus excecando semetip-  
sum, quod mulieres sine concupiscentia  
aspicere non posset, & doleret, si non  
esset potius, incontinentiam emenda-  
tione profiteretur: At Christianus saluis ocu-  
lis fœminam videt, *animo aduersus libidinem*  
cæcus est. Si de probitate defendam, ecce  
lurulentis pedibus Diogenes superbos Pla-  
tonis thoros, alia superbia deculcat: Christia-  
nus, nec in pauperem superbit. Si de mo-  
destia certem, ecce Pythagoras apud Thu-  
rios, Zenon apud Priennenses tyrannidem  
affectant, Christianus verè, nec ciuita-  
tem. Si de æquanimitate congregiar, Ly-  
curgus *ἀνομαρτίων* optauit, quod leges  
ejus Lacones emendassent: Christianus ce-  
tiam damnatus gratias agit. Si de fide com-  
parem, Anaxagoras depositum hostibus dene-  
gauit: Christianus etiam extra fidelis vocatur.  
Si de simplicitate consistam, Aristoteles  
familiarem suam Hermiam turpiter loco  
excide-